

Lijphoff Johannis zu Mayden Concession Inuen-
tionem huiusmodi, dicitur, in uogau
die Inventionis crucis nunc Circuitum cum
figuris, Gollnu. 1502.

66.

343

7. Jobel III

8. 59. 17. 18.

Johannes Dei & apostolicae sedis gratia Episcopus
Misnensis ad perpetuam rei memoriam.

Cum simplex meditatio passionis Christi secundum
Catholicos tractatores plus valeat, & Deo magis
accepta sit, quam si quis jejuna ret per annum
qualibet feria sexta in pane & aqua, l. si disci-
plinam faceret qualibet hebdomade per annum
usq; ad effusionem sanguinis, vel legeret u-
num Psalterium: homines ad eandem domi-
cam passionem frequentes meditandam totis
viribus inducere debemus. Invenitur enim
in ea totus thesaurus meritorum & sa-
lubrium bonorum, nil enim ita illumi-
nat ad cognitionem, nil ita accendit
ad dilectionem, nil enim operatur in
anima sanctificationem, nil enim ita
efficax medium curationis contra omne
vitium & tentamentum. Contra superbiam
videtur caput ejus in cruce inclinatum, con-
tra avaritiam paupertas & meditas: inve-
nitur contra luxuriam virgineum corpus
totum vulneratum: contra iram latus aper-
tum & Christus pro inimicis Deum precibus
exorans: contra gulam os felle & aceto potatum,
contra invidiam brachia extensa ad amplexan-
dum; contra avaritiam manus & pedes perforas.
Sed cum omnis vulgus ad talia meditanda aptius
faciliusq; induci nequit, quam per corporales.